

1520. ~~in~~ ~~Maximilianus~~ ~~aprilis~~ Ex M. Arch. Stan. Aug. Reg.

Petrus Tomicki Episcopus Racoviz
et regni Polonie Vicecancellarius

Petro Opalenicki Capitaneo Międzyrzycensi.

Generose domine amice et patrie charissime. 99
Majestas regia vult ut obeatis jam citra ullam moram munus legationis vobis injunctum, scripsit enim nuper nobis precipiens ut curaremus Diligenter, quo quam primum absolvamini. Quare accingatis vos itineri, et ad nos pro instructionibus veniatis. Opus enim est ut vos informemus de multis coram qua innovata sunt, post Discessum regie Majestatis in Lithuaniam præsertim vero de hoc serenissimi Domini Joannis ad regnum Majestatis sue perflugio ut sciatis qualiter illud exequare debeatis, Dominus vero Thesaurarius Dabit vobis viaticum Racovie, unde recta ad Serenissimum Dominum regem Ferdinandum qui summe est Raga vos conferetis, Deinde ibitis ad conventum imperii Ratisbonensem qui vobis est nequaquam negligendus, non est autem opus ut nos cum magno comitatu instruatis, satis est invadatis in vester equis, prout equites armati et Consiliani summi principum Germanie ire solent, nam et Majestas sua regia hunc equorum numerum

vobis)

vobis prefinit, novit enim Majestas sua et nos
scimus quod Oratores summi Pontificis Caesaris
Christiani Regis Gallie et aliorum regum chri-
stianorum duobus aut tribus famulis comi-
tati ad nos veniunt et tractant res magnas,
nam non numero equorum et famulorum
sed ingenio ac industria Oratorum res ma-
gne aguntur et perficiuntur, veniatis o-
mnino quamprimum ad nos, ut acce-
pta sufficienti instructione a nobis Cracovi-
am pro viatico vadatis nam illuc erit vo-
bis iter satis Directum commodum et se-
curum, et aliter non faciatis, beneque ac
feliciter valeatis. Datum in Budecin in
vigilia Pasche anno domini MDXXVIII.